

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Lorenz Bodock Heinrich Conrad Sarmichhausen

**Primae Philosophiae Conclusiones De Uno Transcendente, Individuo, Formali,  
Universali, & Perfectionali in Divina natura cumprimis conspicuo**

Rostochii: Kilius, 1642

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn729604616>

Druck Freier  Zugang



L. Bodotk. Reg. Num. Con. Tarmstädter  
P. U. phil. 1642.



Prima Philosophia  
CONCLUSIONES  
DE  
U N O

Transcendente, Individuo, Formali,  
Universali, & Perfectionali in Divina natura  
cum primis conspicuo.

Quas  
Sub Auspicio  
DEI T. OPT. T. MAXIMI

Sub Præsidio

VIRI

Clarissimi & Excellentissimi

DN. M. LAURENTII A BODOCK,  
Eloquent: in incluta Rostochiensi Aca-  
demia Professoris Ord. celeberrimi

Omnium rectè intelligentium judicio &  
examini publico sifit

HENRICUS-CONRADUS Sarmichauser/  
Depenoviensis, Philos. & S. Theol. Stud.

AUTOR & RESP.

In Auditorio Majori horis à 7. matutinis  
7. Eidus Julij.

• 08 (o) 80

ROSTOCHII

Typis NICOLAI KILLI, Acad. Typogr. Anno clo 10c. XLII.

КОНЦИСИОН

ОДИ

Леви  
Симон  
Симон  
Симон



I.

**P**RIMAM INTIMAMQ; ENTIS CUM SUPREMI CUM INFERIORUM PASSIONEM HOC DISCURSU PERSEQUI, VISM FUIT OPERA PRETIUM; DIGNISSIMAM, CUI IN TOTO PHILOS. CYCLO PRIMATUM DEFERAMUS, & (SI PLUS QUAM UMBRAM VERÆ SAPIENTIAE AUCUPAMUR) INGENIT OTIJQ; IMPROBI PLURIMUM DICEMUS.

2. FUSISSIME ENIM PER PLEROSQ; HUMANÆ ERUDITIONIS GRADUS DISPERSUM, AD IPSAS ABSCONDITAS RERUM PROFUNDITATES SELE DEMERGIT, & ORACULI VICEM, VERITATIS MYSTERIA SCRANTIBUS, REPRÆSENTAT; QUIN, SI ULLA PHIL. FAMILIA DIVINITATEM AC SPIRITALEM NATURAM HUMANÆ MENTIS OSTENTAT, HIC EX PRÆROGATIVÆ IPSA ÅXUÑY ATTINGUNT; TERRENA ENIM LONGO POST SE INTERVALLO RELINQUENS UNITAS A CORPOREIS AC SENSATIS AD ABSTRACTISSIMA ASSURGIT: IN IPSA QUOQ; THEOLOGIAE PENTRALIA CERTIS CONDITIONIBUS ADMITTITUR, & CONCINNÈ AC CIRCUMSPETÈ DE TREMENDO ILLO, OMNIQ; HUMANÆ INDAGINI IMPERVIO MYSTERO LOQUI, NEC, DICTAMEN RECTÆ RATIONIS, TÀM CONTRÀ FUNDAMENTA FI DEI VENIRE, QUÀM AMICÈ CUM IJS CONSPIRARE MONSTRAT; ETI SUNT, QUI ERROREM HIC ERRANT NON FERENDUM, NATURALI SUBSIDIO DICAM SCRIBERE & AD RAVIM RECLAMARE AUSTI.

3. IPSAM NUNC *περιγραφας* AUSPICAMUR, IN QUA PLURES FORTÈ QUÀM IN ULLA ALIA PHILOS. PARTE DIFFICULTATES, TYRONUM CAPTUM EXCEDENTES, TESTE PORPHYR. ILAG AD CHRYS: NOS VERO UTIN OMNI ERUDITIONIS CURSU NON PUTAMUS CORNICUM OCULOS CONFIGENDOS (QUOD RAMEN FIERI, NON SINE BARBARIE OMNINE, ANIMADVERTIMUS) NIHIL SOLENNIUS NEC ANTIQUIUS DUCEMUS, QUÀM MAJORUM PRÉMERE VESTIGIA, NEQ; SINE GRAYISSIMA CAUSA AB IJS DEFLECTERE, QUOS DIUTURNITAS & COMMUNIS ERUDITORUM CALCULUS PROBavit: NON ETIAM ABS RE FUERIT LUXURIAM ILLAM SUBTILITATUM AD OSTENTANDA INGENII ACUMINA OTIOSIS

A 2

&amp; CALI-

& caliginosis seculis inventam, rescindere, ne nodum in scirpo quæramus.

4. Notorium igitur esse puto **U N U M** Transcendentale à formalí primæ Philos. objecto dependere: quum enim ut *Summus ille Arist.* ait, omnis scientia suas affectiones habeat, per principia de subjecto demonstratas, tenendum idem hic, et si diverso modo, obtinere. Est autem Trium (plures enim non agnoscimus) affectionum unitarum, prima absoluta, quatenus enti adæquata & *ayt̄is̄p̄: P̄ Ḡ* est, quum cæteræ respectivæ sint secundum potentias proportionatas. Constitutæ autem in ipsissima reali entis indivisione adæquata & secundum se, ex qua fluit contractio & separatio eiusdem. à quovis alio. Quatenus enim gradus entitativus per conceptum objectivum præsentatur, ipsa idea expressa formaliter, in suo esse concipitur distincto & proprio.

5. Non tamen synonymiam prædictæ Unitatis recipimus, quia prius & posterius admittit, nec unitatem, quam ab ente sortitur, majorem promittere potest: proxime vero ad synonyma accedere statuimus, ne unitatem disperdat, & entis diffuxum coercere valeat.

6. Hic mens infinita componit, cæteroqui latè disjecta, quæ ead. in re sunt, *distinctum*, quæ diversa, *unitum* efformat, non fictè nec objectivè consequenter, nec sibi sed naturæ accepta fert: hinc distinctæ species secundum conceptum formalem eliciuntur, conjunctæ in objectivo, quum mens extra se, ante præcisionem diversi nihil prærequirat.

7. Affirmamus porro nihil in formalí *Unius* ponи superadditum, nec reale nec modale, ut quidam mordicus propugnant, nisi infiniti processum & contradictionem concedere velimus: quid enim absurdius quam introducere entitativam seu positivam realitatem extra entis Metaph. rationem formalem. Trium igitur generum cum sint, quæ extra spæram realitatis locantur: nos Unum transcendens nec commentum, nec respectivum intentionale nisi per proprium consequens ratione contractionis, sed negationem in indivisione entis exercitam statuimus; an autem entitatem sub formalí involvat negant quidem Cajet & Fonf. affirmamus tamen cum Soncin & Javello, quanquam utrumq; non improbabiliter asseri posse censemus.

8. Varia

8. Varia hoc *Unum* entis genera & species sub universitate sua per habitudinetri inter se connectit, rerumq; ordines, ne in immensum labantur diffluant limitibus & repagulis suis coarctatq; ni fiat; abyssum habes impermeabilem & inexhaustam. Ab hoc vero ambitu amplissimo ubi dilcesseris, cum descensu quidem ad subordinata transcedens Unitas simul descendit ex reg. *regia* *Balio*; at in praeclisis suis essentij, quæq; suam convenientiam recipiunt cum reciprocatione non solitaria sed disjuncta; hinc omnia ad multitudinem propendent imperfectionis indicinam: unde eam Divinitas proflus excludit, & cum alia entia una, Divinitas indivisibiliter una denominatur: divisionis in se incapax, idq; mere positivè, ex primitate in essendo & causando & puritate summa actualitatis participans. Totalitas ergo ex hac classe indivisibilis Unitatis eliminatur, nec remorantur designationes, concipiatur enim simplex illa virtus non prout in se est & secundum totam vim, sed prout conceptibus discriminatur dumtaxat in ordine ad effectus diversos, ex eminenti virtute principium referentes.

9. Cæteræ unitales indivisæ, seu *Totum* rectius dicuntur, actum enim cum potentia connotant, in certas classes ap. accuratores Metaph. tributæ, nos potiores h. l. succinctè perstringemus. Ordinis ac methodi observatæ rationem reddidissemus nisi hic exoticum foret, & facile abs quivis, qui inter *γνῶσην* quoad nos & per se, confusum & distinctum, actuale & potentiale distinxerit, adverti posset, quanquam mirificè in hac materia ordinis ac methodi rationem controversam faciunt Scholæ DD. cùm Angelici rūm subtilis.

10. Primo nunc *Unum* in duo *τμήματα* partimur, ut velut entis, ita ejus quoq; ratio sit vel *per se* vel *per accidens*: hoc non possidet naturam unius tantum ordinis, & physico nexu copulati, aut si adeò, in suis tamen speciebus entia completa sunt, nec ex se ut talia alterius compositionem ingrediuntur. Illud essentiale est & determinatam habet essentiam sive simplicem seu compositam, tam Phys. quam Metaph. & si laxè nonnullibi cum Arist. capias, analogæ attributionis intrinsecæ ac proportionis propriæ includet.

ii. Unitas sequitur Numerica, cuius profundior in Scholastica Theolog notitia & plurimis tricis expediundis, oppidò necessaria: Intelligimus autem non illam rebus corporeis à quantitatis affectione supervenientem, quæ rem in esse completam comitatur ac denominativè afficit, & in suo esse abstracto per se Unum instar ceterorum entium participat: (ita enim sentimus & aliás publ. Disput. cum Thom. Jac. Mart. Balfor. &c. defendimus, et si alij in alia omnia eunt: ) Sed Unitatem incommunicabilem multis sive in eodem seu inferiori statu naturæ, amittentem omnem communitatem in illa entitate, nec multiplicabilem in plura ejusdem rationis seu talia, quale est ipsum, quæ omnes conditiones suas. Hæc singularitas præter omnem mentis præcisionem immediate extrahens causas existit, tenens determinatam quandam entitatem. *αιθητην*, in ulti mato gradu perfectionis, actuante rem in suo essendi modo completo; ordinatè enim existentia modum secum trahit, modali discretum formalitate.

12. Quid autem essentijs hac determinatione accedat, varie disquiritur: aliter de substantijs, aliter de accidentibus, aliter de immaterialijs & entium omnium norma philosophantur. Quidam modum ex natura rei in gradibus Metaph. ejusdem suppositi distinctum assertiverant, alij accidentia, alij reale discrimina: Videantur autores ipsi, nos putamus hæc *ανταντής αδόνης*,

13. Hæc vero omnia confutare institutum non admittit & forte præbebitur ansa aliás. Nostra sententia est, ab juncta à mole materiæ, suapte natura individua videri, ob simplicitatem expertem substantialium partium. Verum circa internam rationem singularitatis materialium queritur, cui obscuritati faciem accendet principij individuationis inquisitio, &c, sunt, quæ hac prærogativâ gaudent: Materia, forma & accidentia: Postremū à Porphyri assertivatur Isag. c. de sp. Sed quum naturam sequantur accidentia in toto essentiali completam, tum hic actus in infimo lineæ profunda gradu identificetur cum superioribus, nunquam accidens nec in essentiæ Unitatem conspirabit, nec uni conceptui respondebit, plura quivis φιλαλγής absonta hic colligetur.

14. De

14. De materia negotium facessunt Thomistæ: afferunt autem materiam signatam. Card. Cajet. præfert materiam cum potentia proxima ad hanc determinationem identicam. Sed merito impugnantur seu materiam terminatam seu interminatam intelligentes rationes ut alibi ita & hic, in ipsam arenam reservamus. Falso propter fundamento nisi sunt Thom. Herv. Capr. Tostat. &c. specificam Angelorum tantum differentiam adstruentes.

15. In confessio itaq; esse persuassissimi sumus, solam formam cum essentiam tunc rem in specie, seu sit ὑπάλληλος seu ἐδικωτός, constituere; materiam vero longe debilioris esse conditionis & imperfectionis originem: unde accurate distinguenda multitudo singularium ab unitate numerali, ortâ ab actu rei indisionis in se causa: illa materiæ, hæc formæ functio V. Arist. 2. an. §. 2. Averr. c. Algaz. d. 8.

16. Actus autem per formam impertitus vel essentiæ est vel existentiæ: Forma enim ceu ipsa rei essentia conjuncta cum materiæ, causat statim resultantiam existentiæ ex rei quiditate; materia ceu secundarium requisitum famulatur formæ ad existendi actum. Notandum tamen aliud esse negare materiam in statu Universitatis coëssentialem naturæ, aliud in statu particularitatis, nec quod est pars individui, statim pars erit individuantis.

17. Quid autem addendo, quoive singulare distinguendo, forma hoc munus obeat, indicatum hactenus remansit. Joan. Scotus 1. 2. sent. d. 3. materiam & formam geminat, ut sit vel partis vel totius quidditatis utrinq;: hanc commentaryem sub nube veritatem monstrare rectè expositam, ait, Jac. Zabar. lib. de princ. Ind. Ut igitur hæc pensiculatiū dispiciamus circumspetè agendum, versamur enim inter Scyllam & Charybdim, cum propter Nominales, tunc Platonicam ideam. Dicimus nos, omnia in gradibus subordinatis quæ in individuum incident, non ex natura rei seu modaliter, sed ratione ratiocinata distare, prout alio atq; alio conceptu terminantur ex modulo mentis effigiato ad rationem objiciendi.

18. Quod igitur tam operosè hactenus ivimus inquisitum, nihil ferè est præter actualem rei finitæ extra suas causas essentiæ;

omne

omne enim ens ante sui productionem nullam in se entitatem realem possidet nisi potentiam objectivam, quæ actuatur per efficientiam, & nullam compositionem, & esse & essentia conficit. Rem vero generatione physica possibilium dispar ratio est, supponunt enim potentiam activam cum subiectiva. Cæterum res intrinsecè constituta aliquo esse reali proprio, actu esse dicitur, & licet à semetipso differat in potentia, realis tamen entitas sit per identitatem à proprio esse sine ulla compositione, quod nihil est nisi ipsa existentia absq; diversitate in re vel forma vel proprietate quæ perinde est, utri cibuatur. Si vero diversas in re rationes effingas, intrinsecam & formalem constitutionem per distinctam à se entitatem constituas, errore prorsus infantili. Modus quoq; intrinsecè inodificatum non afficiens meritò exploditur, neq; præcisa entitas suæ essentia quippiam abinde deperdit. Relinquitur porro nihil in essentiam competere ultra meram apprehensionem rationis abstractentis, fundatam in contingentia rei essentialis productæ; solus autem Deus in potentia existendi nec fuit nec concipi potest ex vi enim naturæ existit cum necessitate essendi. His positis intellectus naturam finitam ab actuali efficientia & entitate reali separat, sub conceptu omnino intrinseci & constitutivi primi, quo sine rei quidditas concipi nequit, ex inde de essentia, entitas realis extrinsecè seu separabilis denominatur salva rei quidditate, quæ importat quicquid est in certa latitudine entis & cuius ratione in tali gradu & ordine collocatur. Individuans itaq; totum compositionum, erit differentia explicata individualis speciem contrahens ad singularitatem, inferen terminum essentia ejusdem categoriæ proportionatum, seu compositio seu partialis seu simplicia ab eoq; denominandum: multa hic *αὐθίζεται* consulto præterimus.

19. Reliquum est in substantijs ultimatum complementum seu existendi subsistentia, modus novus ad essendum actualiter cum independentia, seu terminus naturæ summum perfectionis gradum impertiens, oppositus determinatae inexistendi rationi; determinatae, inquit, propter conditionem incompletam & libram, positam in statu quodammodo potentiali. Ex natura ergo

hæc sup positione differet, & nec materiam nec formam neq; com-  
positum præcise, sed ultimum omnium terminum apponit ad mo-  
dum formæ, et si debilis admodum entitatis, quæ à modicato se-  
parata destruitur statim, nec absq; eo intelligibilis est, non tamen  
contraria. De hac subsistente cautim philosophandum in myste-  
rio hypostaticæ unionis naturarum versaturo, imo ipse D. Meissn.  
in Phil. Sobi. dubito an sobrie in hac difficultate ratio cinetur?

20. Sequitur uno verbo Unitas Formalis, in qua fundamen-  
tum querit Præcisiva, dicimus autem sic, propter antecedentem,  
quæ quodammodo materialis est: hæc vero à natura, seu essentia,  
formæ denominationem cepit; illa rem qua individuum, hæc qua  
indivisam in prædicatis essentialibus indigit. Hæc Unitas ab re  
individua rationis tantum conceptu'abit, quæ ultimam contra-  
ctionem essentiæ formaliter addit, quatenus in natura verum esse  
possidet. Hac vero Unitate concipimus naturam in se quæ tales,  
non quæ hæcceitatem involvit. Multiplicatur autem hæc natura  
& essentia in individuali, neq; communicabilis est, quia à parte rei  
existit; communitas vero Unitatis istius non estante functionem  
mentalem.

21. At vero nondum in hoc gradu Unitatis formalis intelle-  
ctus Majestas subsistit, sed in aliud secretiorem Unitatis tempore  
Universalis aciem intendit, non ut à sensu oblatum, sed ut pro mo-  
dulo mentis formatum: contemplatur hic rem non à differentijs  
individualibus modo abstractam sed in ijs multiplicatam, in se  
tamen unitate abstracta gaudentem. De hoc passim Arist. & ejus  
interpretæ. Formam quidam prædictæ Universalitatis Unitatem  
cum aptitudine, quidam respectum faciunt. Nos utsrumq; duas  
potius conditions ejusdem Universalis putamus, & comparatio-  
ne naturæ formam esse, ac communitatem cum respectu intentio-  
nali, quem fundat, rem substractam actuare: nisi satius foret asse-  
verare ideam istam communem formaliter, relationem necessa-  
riò secum vehere.

22. Removendæ ab hac Universali indivisiōne, materialesibi  
deputante, quæ non habent naturam unius tantum ordinis gene-  
risq; & externo modo vinculo junguntur ut & aggregata, & com-  
plexa

plexa dictione Universalia, si distincta voces habeant significata; Differt etiam hæc indivisio ab illa quæ per se est, quod hæc comitatur naturam necessariò in quovis statu, illa amittitur in contractione, tollens divisionem possibilem in subjectas partes; hæc vero impossibilem. Colludit tandem cum utraq; specie Unius per se, quod rebus communibus competit, neq; admittit in subjecto divisionem, non etiam reddit communicabile aliquomodo, quoad in illo est.

23. Sed queritur subtiliter admodum, numquid hæc Unitatis Universalis ratio, per mentis functionem consurgat formaliter. Sunt, qui formalem Unitatem sufficere putant, & extra mehrem subsistere, quam sententiam Joan. Bapt. Monl. peculiari tractatu propugnat, putâ naturam secundum se vendicare quandam præcedentiam, in qua nondum sit per differentias multiplicata, nec ultimum terminum acceperit, in qua conditione denominetur ab unitate præcisionis sibi congrua, contingenter quidem, si absolute loquamur, siquidem adventu differentiarum à natura excidit; necessario vero, si natura in eo statu solitudinis collocetur: plura ap. ipsos autores legere est. Verum formalis Unitas non compatitur præcisivam quum non modò aptitudinem sed & actum communicationis admittat, quem hic gradus respuit, neq; robur habet, aptitudinem si habet, in illa cum multis esse poterit: nec enim perpetuo sub eodem statu manet res in actu, sub quo fuerat in potentia. Accedit, perpetuam illam concomitantiam aptitudinis in statu illo prioritatis non esse annexam, neq; repugnare incomunicabilitatem, eti non comitetur. Urgent præter hæc Unitatem in secundo statu naturæ, in quo majorem intellectus attribuere non possit, quam in antegressionis statu competentem: arguntur etiam ab actu, qui cum antecedat opus mentis & ex aptitudine procedat, in natura hæc quoq; supponenda videtur. In primis urget Monl. aptitudinem rerum diversarum, quarum diversitates non debentur intellectui sed rei ipsi, indidem ergo formas proventutas putat.

24. Sed demolienda est ante omnia, convenientia Unitatis indeterminata per se ipsam, neque desiderant rationum menta

menta & pondera. Nihil enim præter essentiam & independentiam per prædicata necessaria natura inserti, hæc vero unitas abstracta, deserens naturam in ultimo actu, independentiæ comes non est, nec ab essentia promanat, sed contingenter tantum ab ead. denominatur. Dehinc propalam est, in primo gradu essendi non abesse differentias, ac proinde Unitatem sufficientem non præbere, quippe repugnantem indivisioni; in illa igitur prioritate non importatur antegressio durationis in qua sit, sed duntaxat independencia: nec valet distinctio temporis & naturæ, instans enim naturæ non potest dividere instans temporis, est enim instantanea duratio indivisibilis; Non major ratio appetit in prædicatis negativis, duratio enim ad utrumq; se gerit immutabiliter.

25. Plura hanc ineptitudinem Unitatis & potentiaæ à parte rei arguunt: scilicet in instanti realis existentia eā patrū non habet, numquam secundūm se sumita habebit: & si concedatur gratiæ anteecedentiæ alicujus, in ea foret essentia superioris ante datam essentiam inferioris: Universali autem actu respondet inferius. V. Arist. 2. Post. anal. c. ult. Quin Totum sine partibus sive absolutum seu respectivum sit, non dabitur, nec potentia sine objecto, nec respectus sine termino intelligibilis est.

26. Cæterū negari nequit, hunc actum nec convenire naturæ secundūm se tantum, nec beneficio solius intellectus, sed esse mixtum ex eo, quod res vendicat ex natura propria, & quod mentali functione participat. Sic res de se habet entitatem idemtificatam cum pluribus, & illam potentiam, quam intellectus naturæ communī concedit; ab intellectu vero haurit unitatem, cuius merito illa idemtitas sit propria Universali: ita idem actus ante rationis advertentiam elicitus, nec erat liber, nec humanus, quā posita, liber est & aliquid promeretur. Tenendum tamen actum illum essendi in partibus, respondere determinatæ tantum potentiaæ illius naturæ, & sic de actibus in cæteris, unde conspicua disparitas. His pensiculatè ponderatis, multis via dubitandi precludetur.

27. Supersunt adhuc illi, qui genus Universorum actuale comminiscuntur, quod, ajunt, naturam esse jam multiplicatam, cuius minorem, quam abstractionis, majorem vero quam formalem Unitatem

nitatem affirmant, quâ scilicet naturâ simul et semel in omnibus est. ita ut singuli actus sint velut partes unius totalis, quo natura est in singulis; addunt aptitudinem in re eod. modo accepta post contractionem residuum esse, quum nullus actus evertat propriam potentiam. Verum enim interdicenda sunt huic sententiae omnia Philosoph. Gymnasia, antequam pedem inferat: per antiquam enim Universalium vestem dum immutat, penitus dissipat, ut intelligenti erit palam, & nos in ipso conflictu, ansâ præbita, monstrabimus.

28. Circa Actum à potentia hujus Unitatis emanantem dubitant; quidam ut Thom. 7. Met. 13. l. 4. c. g. c. 35. & alii per existentiam actualem in inferioribus explicant. Addimus nos absolvit actum per inesse in subjectis partibus per identitatem, qua unum cum altero possumus copulare, et si aliqua sapientia informatione opus est, ut concernendo saltim totam naturam importeret, propter variam in existendi habitudinem.

29. Decertant alii circa aptitudinem Universalis unitatis, positivam an privativam facere verius sit: illa in novo essendi modo puro potentiali & separabili fundata improbatur; erit itaque mera negatio in non repugnantia constituta, nulla enim sui ipsius ad se realis potentia, neque ad similes actus; Denique illa positiva aptitudo participaret quoque communem entis rationem de potentia existendi, quod ἀφενον καὶ ταῦτη μελέτες, unde genus modorum potentiarum prorsus subvertitur.

30. Denique distinctas agnoscamus aptitudines ad modos certarum negationum multiplicabiles & specificandas per formas ad modum exemplaris tribuentis speciem per se immediate, quae non formaliter sed causaliter tantum & consequenter sese perimitur. Displicant insuper de aptitudine remota in contractione: sed impossibilis sine dubio est, ut rationes evidentes convincunt, nec in exemplo materie patrocinium inveniunt contradicentes, ut alibi fuissem discutitur. Esto ergo conclusio, naturam perfectam Unitatem Univers. in 3. demum statu adipisci. Quo ratio hujus abstrusa doctrina magis inclaseret, de modo etiam, quo mens fabricata

fabricat Universa, dicere, non videti posset. *απεσδιόνυον*, nisi  
prolixitatem vereremur & potius ad physicam spectaret.

31. Restat ut perennitatem Universorum verbo expediamus,  
quæ extat ap. Arist. i. Post. c. 24. Volunt enim nonnulli perennatis  
individuis supereesse Universa; illa autem quotannis, constat, non  
raro intercidere. Aliqui existentiam tolli volunt, residua essentia:  
alij discrepantiam in cōpula afferunt, quæ pro utriusq; conditione  
terminos cōjungit, putant itaq; in idemtitate, cum remotione  
temporis & existentia salvare veritatem. Sed eod. modo æterna  
veritate Socrates erit homo. Alij ad objecta intellectus & speci-  
es; alij ad perpetuam successionem consurgunt. Nos autem di-  
cimus ita fieri per negationem loci & temporis, quæ ex accidenti  
illis competunt, vel, quod magis arridet, quia in quibus sunt, &  
quando sunt, semper unam & tandem rationem immutabilem  
servant, ut de eclipsi luna Phil. i. Demonst. 7. pronunciat.

32. Antequam fastigium Disp. imponamus residua est Unitas  
omnium summa & perfectissima, divisionis omnis incapax & in-  
habilis, quæ mentis *διάταξις* divinissima, in objecti & abstra-  
ctionis eminentia fundata: ceteræ n. Unites multitudo potius sunt,  
in infinitas partes, ni mentis repagulis conserventur, & abyssum  
quandam dissidentes. In hoc vero esse et existere unum sunt & idem,  
omnis imperfectionis adeoq; multitudinis expers; unde nos non  
esse rectè videmur, quoties hanc summi entis Majestatē et *αὐτορροή*  
mente revolvimus, à quo quantum discedimus, tantum ad ipsum  
non ens declinamus; nullam enim à nobis entitatem possidemus,  
nisi per emanationem & influxum istius fontis, unde nisi ad nos  
manaret, ne ad momentum subsisteremus.

33. Quo uōmine ipse Deus T. O. *περιγέγραπτον* illud,  
Iudeis non sine piaculo effabile, nobis manifestavit, quo in-  
digaret entitatem suam perfectissimam & Unitatem omnis  
compositionis, imbecillitatis ac dissolutionis immunem actumq;  
purissimum nullā potentia passivā impotentem, & in se solum ne-  
cessarium, quūm nos contingenter carūm, mō ipsi Angeli existen-  
tiā participemus, perq; potentiam corruptionis, ipsam non en-  
titatem digitis quasi monstramus. Quadrathuc Aug. I. conf. c. 1.  
effatum.

effatura. *Inspexit omnia infra te & vidi nec omnino non esse, nec omnino esse; esse quidem quoniam abs te sunt, non esse, quia id, quod es, non sunt.*

34. Nihil igitur defieri ratio suadet, seu privative seu negatiè intelligas; omnia enim plenissimè possidet sive ad integratatem debitam, sive perfectionem possibilem: illud entitas independens suprema & simplicissima; hoc, causalitas ac essendi necessitas seu primitas, testatum relinquent; non quidem formaliter, ita enim secundum quid perfectus foret, sed absolute seu eminenter & virtualliter, propter eminentissimam essentiam, virtutem & perfectionem ordinis ac rationis; erit itaq; ens unum per suammet essentiam vere & ubique, à nullo alio receperam & illuminat sive ex arbitrio dantis sive capacitatem recipientis. Cave sis ergo, infinità natura aliter quam per negationem termini limitantis concipiās, nō per modum extensionis neq; præcisionis ad certum genus perfectionis, ut perfectio cum summa simplicitate & infinitudine, in qua nihil ~~admodum~~ ~~et~~ eteō revereor, intelligatur. Liquebunt hæc clarū omnia per sex compositionum classes (tot enim sunt) periculum facient.

35. Sed manum de tabula ponentes fatemur, oculos mentis nostræ imitari noctuas caligantes, ad luminis Solaris splendorem, in hac Unitatis simplicissimæ ac manifestissimæ contemplatione: quo enim magis in lumen illud inaccessum aciem dirigimus, magis èo obfuscatur & coactus format inadæquatos, nec comprehensivè nec intuitivè cognoscit; imò tantæ Majestatis Luce repercussa ratio, pavidum caput tremefacta reflectit, & in abdita mundanæ sapientiæ fugiens delitescit, ac quotidie cum Apostolo ingeminat: Ω βάθος καὶ πόσις καὶ γνωστεώς Θεός. Οὐ αὐτέργει γητα τὰ κείματα μήτρα, καὶ αὐτέργειχναστι ἀλισθεῖσαι. Donec tandem sequetur altera in suo genere consummata notitia, in Academia coelesti, ubi erit euāduaria nostra, ut cognoscamus illum Verum Patrem, οὐ quem misit IESUM CHRISTUM, quando scilicet videbimus eum à facie ad faciem, similes ei erimus, sicut ille est. *Tyche Moradi παραγίας καὶ υπεραπόρτω τεράδι δοξα.*

Pæge-

Forma hominis unde ē quomodo producatur, et si involutum ē profunda indaginis σκέψη: absurdè tamen è potentia materiae, satis improbabiliter ē summo cum periculo ex anima parentum; rectius ē sine absurditate ab ipso D E Q immortali produci immediate, cuius S. Scriptura, Antiqua Ecclesia, accnrationibus Scholasticis ē Philosophis asserimus.

Lumen rationis nequaquam contradicit lumi-  
ni revelationis; seu quod verum dicit Scri-  
ptura, nunquam falso dicit natura.

Prima Philosophia, eis illustratur non raro  
mysteriis fidei; formaliter tamen intra rationis  
poteris subsistit, neq; partim naturalis, partim  
Divina cedula est.

Aut summum 4 Scientias in rigore dictas  
concedimus, si Pneumatologiam ē Mathema-  
ticam puram includamus: de quibus tamen ad-  
huc sub judice lis est. Reliquas ergo, præter ne-  
cessitatem à neotericis introductas, rejicimus.

Quos studij fructus ACADEMIA JULIA  
præstet  
Illi HORNEI cultoribus, atq; CALIXTI  
Præsens hæc liquide tua *Dissertatio* monstrat.  
Hinc sanæ SOPHIAE, veræq; relucet imago;  
Altera deceptrix, larvata SOPHISTRIA, quā  
Proh dolor! inficitur non circumspecta Ju-  
ventus,  
Exulet hacce Schola potius, Garamantas &  
Indos  
Vana relegetur, eum deceptoribus ipsis.  
Tu verò intrepidè saltim descende in are-  
nam,  
Teq; Virum præsta, non te laudabo prius-  
quam  
Publica vox sonet, & doctum fateatur, id  
ipsum  
Et voveo, & si quid veri præfigio, fieri.

M. LAURENTIUS A BODOCK,  
Prof. Publ. Elog.  
PRÆSES.





fabricat Universa; dicere, non videti posset à  
prolixitatem vereremur & potius ad physicam

31. Restat ut perennitatem Universorum  
quæ extat ap. Arist. I. Post. c. 24. Volunt enim  
individui superesse Universa; illa autem quota  
raro intercidere. Aliqui existentiam tolli volu-  
nt, alij discrepantiam in copula afferunt, quæ pro  
terminos conjungit, putant itaq; in identitate  
temporis & existentiæ salvare veritatem. Sed  
veritate Socrates erit homo. Alij ad objecta  
es; alij ad perpetuam successionem configui-  
climus ita fieri per negationem loci & temporis  
illis competunt, vel, quod magis arridet, qui  
quando sunt, semper unam & eadem ratione  
servant, ut de ecl. pisi luna Phil. I. Demonst. 7. p.  
32. Antequam fastigium Disp. imponamus  
omnium summa & perfectissima, divisionis o-  
habilis, quæ mentis diabolus divinissima, i-  
ctionis eminentia fundata: cætera n. Unites mu-  
in infinitas partes, nisi mentis repagulis conser-  
quandam dissuentes. In hoc vero esse et existere  
omnis imperfectionis adeoq; multitudinis exp-  
esse rectè videmur, quoties hanc summi entis Ma-  
mente revolvimus, à quo quantum discedimus  
non ens declinamus; nullam enim à nobis entis  
pisi per emanationem & influxum istius fonti  
manaret, ne ad momentum subsisteremus.

33. Quo uōmine ipse Deus T. O. ~~magis~~  
¶¶¶¶, Judæis non sine piaculo effabile, nobis m-  
digitaret entitatem suam perfectissimam 3  
compositionis, imbecillitatis ac dissolutionis  
purissimum nullā potentia passiva impoten-  
cessarium, quūm nos contingenter tantum; mo-  
uum participemus, perq; potentiam corrupt-  
itatē digitis quasi monstremus. Quadrat hu-

B 2

